



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Vita Stephani Papae VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

## V I T A

## STEPHANI PAPÆ VIII.

ANNO  
CHRISTI  
939.

STEPHANVS, patria Germanus, opera Ottonis regis, post-  
Shabito cardinalium suffragio, electus est a Romanis an-  
no Christi redemptoris DCCCXXXIX. tempore Con-  
stantini VIII. & Romani imperatorum orientalium. Hic  
a tyrannis, quorum odium propter sui electionem in se  
concitauit, crebris ictibus sacrilegis facie deformatus fuit.  
Albericus enim, qui his temporibus principatum in Vrbe  
gerebat, existimabat non posse se dominium Urbis secu-  
rum possidere, si non gentilis aliquis ipsi bene notus Ro-  
manæ urbis pontificatum teneret. Qua occasione in eum-  
dem Stephanum parum æquus existens, eum manibus im-  
piorum tantopere lancinari, & in facie deturpari permisit.  
Et quamquam hæc stigmata propter iustitiam a satanæ mi-  
nistris inflictæ non dedecori, sed ornamento, essent, tamen  
ipse a publico hominum congressu hac de causâ ut plurimum  
abstinuit. Hoc factò excitatus est animus Ottonis  
ad vindicandum scelus Romanorum, & ad cohibendam  
vim illam tyrannicam, quam hætenus in promotione  
pontificum vsurparant, quando autem illud perfecit,  
infra suo loco dicetur.

Stephanus  
papa quan-  
do, & a qui-  
bus electus.Ab Alberi-  
co quæ sit  
passus?

Francorum proceribus aduersus Ludouicum regem  
rebellantibus, eumque recipere detrectantibus, per Da-  
masum quemdam legationis munere fungentem nuntia-  
uit, ut regem suum recipiant; quod si facere nolint, ex-  
communicationis sententiam se incurfuros nouerint. In  
Italia bellum inter Hugonem & Albericum, antehac se-  
mel per Odonem Cluniacensem abbatem compositum,  
fracta pace recruduit: qua occasione Odo a Stephano ite-  
rum Romam vocatus, pace nondum composita, ibidem  
ex hac vita decessit. Paulo post etiam Stephanus papa de-  
functus est, cum, ut habent Vaticani indices, annos tres,  
menses quatuor, & dies quinque sedisset.

Quid Fran-  
cis manda-  
uerit?Quamdiu  
federit?

## LEGES ECCLESIASTICÆ

HOELI † DHA REGIS SEV PRINCIPIS  
TOTIVS VVALLIÆ.CIRCA  
ANNVM  
CHRISTI  
940.  
† id est,  
BONI

**D**EI prouidentia Hovvel Dha filius Cadell, rex totius Cambriæ, videns suos Vvallenfes insolenter legibus abuti, acciuit de quolibet \* *Kemut* totius regni sui sex laicos viros auctoritate & scientia pollentes, & omnes ecclesiasticos dignitate baculosos, vel archiepiscopos, vel episcopos, abbates, vel priores de regno suo ad locum qui dicitur *Gvin* super *Taff yn deued*, quam domum voluit ædificari virgis albis in hospitium sibi ad venandum, quando ad partes Demetiæ veniret, & ideo vocatur *Ty Gvyn*.

\* id est,  
centuria

Rex autem & congregati morati sunt ibidem per totam quadragesimã, orantes Altissimum per ieiunium perfectum, petendo gratiam ad bona facienda secundum regis propositum, & de congregatis elegit rex 12. laicos doctissimos, & vnum clericum doctissimum qui vocabatur Blangoridus, ad instruendas sibi leges & vsus, vt propinquius possent ad veritatem & iustitiam intendi: & in tres partes scribi præcepit, quarum prima, lex curiæ suæ quotidianæ, secunda lex patriæ, tertia vsus vtriusque. Tres autem libros legis præcepit fieri consimiles, vnum ad curiam suam quotidianam sequi semper, & alium ad curiam de Dinevyr, & tertium ad curiam de Aberfrau, vel quolibet de tribus partibus Cambriæ, scilicet Guenet & Povvys, & Deheubarth haberet in se auctoritatem legis ad opus paratam.

I.

Ecclesia su-  
premiu re-  
fugium.

Ex quo \* *distein* in aula steterit post prandium in tribus festis principalibus ponens in ea, pacem Dei & regis, reginæ & optimatum curiæ, pacem illam transgredienti nusquam erit refugium & *navt. te' n'* omnium refugium. Si quis ergo refugium regis & omnium violauerit, nec vsquam, nec ab vnus refugio, vel a reliquis sanctorum defendi potest nisi ab ecclesia.

\* id est,  
præfe-  
ctus, vel  
recono-  
mus

II.

Sacerdo-  
tem vio-  
lans.

Qui sacerdoti \* *sarbaed* fecerit, vel eum occiderit, iudicio Synodi puniatur præter *gueli tanavd*.

\* id est,  
iniuriam

III.

Sacerdotis  
hospitium.

Hospitium sacerdotis & clericorum erit domus capel-

lani villæ. Hospitium sacerdotis reginæ est infimul.

IV.

\* id est,  
sacerdos

\* *Offeirad enleu* contra pascha regis indumenta habebit, Sacerdos regis. quibus vsus est in quadragesima.

V.

Simili modo sacerdos reginæ ipsius habebit indumenta Reginæ. in quibus regina agat pœnitentiam. Sacerdos reginæ a regina equum debet habere. Sacerdoti, & accipitrario, & *penkynyt*, & iudici curiæ, & *grvastravd asvyn*, equi a rege restaurantur cum opus fuerit. Terram suam tenebit liberam.

VI.

Triplex est officium sacerdotis curiæ in placitis, scilicet, Officium sacerdotis curiæ. lites discretas de scripto delere, lites indiscretas ad iudicium in scripto seruare, & ad opus regis, quantum ad literas missas & mittendas, paratum esse, & nunquam ebriatum.

VII.

Tria sunt iudici pertinentia, scilicet quæstiones solvere, lites discernere, & quod per iudicium discreuerit per vadimonium confirmare, si tunc litigans ei contradicit per aliud. Sic agat per annum. Anno autem elapso capellanus adeat ecclesiam, & cum eo duodecim officiales curiæ digniores, & Missa celebrata, & oblatione ad Missam ab omnibus facta, capellanus faciat eum iurare per sacrum incelebratum, & per altare, & reliquias superpositas, quod in tota vita sua nec prece, nec precio, nec amore, nec odio falsum scienter faciet iudicium. Quo facto ad regem venient, indicantes ei quæ circa eum acta sunt. Si regi gratum sit officium suum illi præstabit, & locabitur in sede sibi debita. Tunc dabuntur ei *ouer dlyssu*, a rege *taulbord*, a regina annulus aureus, quæ dona nec vendet, nec unquam donabit. Non debet iudex esse nisi in tali solemnitate approbatur.

VIII.

\* id est,  
precio homicidii.

Et si aliquis de gentibus homicidæ vel occisi sit ecclesiasticus sacris ordinibus vel religioni obligatus, vel leprofus, vel mutus, vel stultus, nihil reddet vel recipiet pro *galanas*. Nullam autem vindictam super eos vel ab eis propter occisum debet fieri, nec tales possint per legem istam ad reddendum vel recipiendum aliquo modo compelli.

IX.

Si fur coram presbytero socios suos nominando man-

*Concil. Tom. 26.*

F ij

Vnius sacerdotis quantum sit testimonium.

festet, & affirmet hoc iurando in ostio cœmeterii, in ostio chori, quidquid de illo postea contingat verbo presbyteri abinde, de dicto illius absque contentione credendum est. Simili modo fit, quando quis pro mercede dicat furem qui rem furatus est, & hoc faciat coram sacerdote modo prænotato. Si quis alicui deprædari dicitur, & ille negauerit, 50. hominum iuramento habet negare. Hic est vnus homo eorum cui solo creditur, scilicet *Managur*, dictator continens cum testimonio sacerdotis, si ipse cum illo qui rem perdiderit venerit coram sacerdote ad ecclesiam, & dicat ei sacerdos prohibendo similiter, ne pro Deo ducat eum in falsitatem, hoc faciat in ostio ecclesiæ, si ibi iurauerit se verum dicere, & non falsum: similiter faciat in introitu cancelli, deinde super altare idem faciat, & ille qui reus dicitur adhuc negauerit. Sacerdos affirmet verbo suo ter quod & vidit, audiuit, & semel iurando confirmet illud: hoc factò, qui prius negauerit pro confitente habetur, nec poterit contradicere. Mercedem quidem statim habebit ille qui dictauit, & verbo sacerdotis testificantis dictatoris sacramentis non contradicetur, & *sinx* pro confitente habetur, & dicitur hoc *dogynuariac*.

## X.

Mulcta pugne in loco sacro.

Tria sunt genera \* *diruy*, vnum de pugna, alterum de *treis*, id est raptu, tertium de furto. Duplex autem fit *diruy*, & duplex *camluro*, in curia & in ecclesia. Quæ ecclesia si summa fuerit, de pugna quæ in cœmeterio agitur, quatuordecim libræ sunt reddendæ. Si vero extra, id est in \* *nodua*, septem libræ: quarum librarum abbati mediætas cedit, si legalis sit, id est ecclesiastica doctrina instructus & literatus: altera mediætas presbytero & canonicis ibi Deo seruientibus. Talis diuisio fit inter abbatem & presbyteros de pugna illorum scilicet, \* *navtur*, qui ab abbate & presbytero refugium acceperint: sicque diuiditur omne quod tantummodo sancto, non alteri, nec alii abbatum erogatur. De pugna in \* *nodua* sanguis & *deis* stabunt pro testibus abbati & presbyteris per dignitatem ecclesiasticam abbatia.

\* id est, mulctæ

\* id est, asylo,

\* id est, refugium,

\* id est, in asylo

## XI.

Mulcta sanguinis effusio.

Lingua quantum omnia membra valet. Summa valentiæ omnium membrorum est octoginta octo lib. Sanguis cuiuslibet hominum precium est viginti quatuor denario-

rum. Sanguis Christi precium est triginta denariorum: scilicet indignum videtur vt Dei sanguis hominis minoris precii est.

XII.

Tribus de causis poterit vxor a viro diuertere, & suum Cur virum vxor deferrat.  
\* id est, dorem *egvveti* habere, scilicet, si lepra vir inficitur, & si foetidum habeat anhelitum, & si cum ipsa coire non valeat. Ter a viro suo, si aliam cognouerit, *vynebrvverth* vxor habitura est, primo dimidia libræ, secundo libram, tertio cum toto iure suo libera \* publice vel soluta *diliis* poterit ab illo discedere. At si vltra tertiam vicem patienter sustineat, de cetero *vynebrvverth* non habebit. *Redvrit* dicit quod tertio triginta solidos, quarto libera cum toto iure suo abiit, si patienter sustineat de cetero *vynebrvverth* non habebit.

XIII.

Cum puellæ suo tempore *covvyll* comparetur, nisi Puella.  
\* Vestimenti genus. mane de illo antequam a viro confurgat a lecto voluntatem suam declaret, inter virum & mulierem commune erit. Si viro detur puella ætatem habens, dicatque vir illam ab alio defloratam percepisse, puella, si possit, quinque hominum iuramento (scilicet patris & matris, fratris & sororis, & suo proprio) hoc falsum esse adstruat, & se ad illum aduenisse incorruptam, scilicet, sit matura in pilis & vberibus, & si venerint muliebria eius, id est *teithi*, ætatis Læx pudicitie infimulata.  
\* id est, ephibia. *gvreic*. Si primo tacuerit, & secundo eam agnouerit, & sic vsque ad mane cum illa dormierit, licet illam corruptam inuenerit, primo de iure puellæ nihil potest auferre. Si vero statim hoc nouerit ad viros surrexit nuptiales, alia non contradicente, hoc eis testificauerit, nihil ei iure reddere debet.

XIV.

Si cuius vxor de alio infametur, & hoc tamen sit incertum, septima manu mulierum expurget. Si secundo infametur, cum quatuordecim. Si tertio cum quadam certitudine hoc dicatur, iuramento 50. mulierum se expurgabit. Vxor infamata.

XV.

Si qua mulier datores habuerit, sit vir sub dote sua vsque ad septem annos, & si habuerit tres noctes de septimo anno, totius substantiæ eius medietatem in diuortio eorum mulier habebit. Substantia autem hoc modo Datores mulieris, &c.

Diuisio bo-  
norum.

diuiditur: Vir fues habebit, mulier oues. Postea mulier diuidat, vir eligat. Et primo supellex sic diuidatur: Omnia vasa lactis præter vnum sinum, id est *baeol*, mulieris erunt, & discos omnes habebit præter vnum, \* & illa duo viri erunt, currum vero cum vno iugo, & omnia vasa, potus & dolia viri erunt, quæ desuper vero mulieris. Si vir incontinentiam duxerit vxorem, vestimenta primi lecti scilicet repudiata mittere debet. Vir habebit caldarium & tapetum, id est *brycan* & puluinar, & cultrum, & securim lignorum, & terebrum, &c.

## XVI.

Vir repu-  
dians vxo-  
rem.

Si vxorem suam quis sine lege repudiauerit, & aliam superduxerit, repudiata debet de iure domui redire, & in ea permanere per nouem dies, & in nono die, si a viro omnino dimittatur, omnia quæ illius sunt de domo prius exeant: & vltima rerum suarum ipsa de domo exeat: & postea vir repudiatam quietem, id est *dilys* clamabit, superducta alia, quia de iure duas vxores in simul nullus debet habere. Si quis vxorem suam dimiserit, & postea ipsum operis sui pœnituerit, & illa viro alteri data fuerit, si prior vir eam poterit attingere vnum pedem cum viro altero in lecto habentem, & alterum extra, prior de iure debet eam recuperare.

## XVII.

Mulier ne-  
gans adul-  
terium.

Si mulier negat adulterium, det iuramentum 50. mulierum, similiter adulter negans, iuramentum 50. viro- rum. Et tribus de causis datur tale iuramentum: si videantur mulier veniens de luco ex vna parte, & vir veniens ex altera parte eiusdem luci in eadem hora, vel si videantur in simul iacentes sub vno pallio, vel si videatur vir inter femora mulieris.

## XVIII.

Causæ re-  
pudiandi  
vxorem.

Si qua mulier rem turpem cum alio viro, vel osculo, vel manu, vel stupro egerit, de iure potest repudiari a viro suo, & omnia iura sua debet amittere, etiam pro solo osculo, nedum pro aliis. Adulter pro stupro reddet iniuriam cum vna eleuatione illi cuius vxorem violauerit, quia de genere hostilitatis est. Pro palpatione manuum in vulua, quæ dicitur *govys*, reddet iniuriam sine eleuatione. Pro osculo tantum adulter iniuriam reddet, sed de iniuria ter-

ria pars cadet, quia non habuit rem cum ea ex toto, & hoc causa decipiendi eam, sic dicunt quidam, alii vero, vt nisi consequuntur, declaratur, qualitercumque facta fuerit.

XIX.

Qui vxorem alicuius osculatur, quartam partem iniuriæ ei reddet, similiter de *govys*, nisi in ludo qui dicitur *gware raffau*, vel in conuiuio, vel quando quis de longe venerit.

Osculans vxorem alterius.

XX.

*Goronvy ab moridyc* dicebat quod vir alterius vxore ipsa volente abutens, nihil debet reddere, dum mulier sui facti laudat auctorem; sed si factum notum fuerit, mulier habet viro suo *saraed* reddere, vel vir eam libere repudiet, & ab ea diuertat.

Volentem stupraas.

\* id est, iniuriam

XXI.

Nemo feminam det viro antequam de mercede domino reddenda fideiussorem accipiat. Puella dicitur esse desertum regis, & ob hoc regis est de ea *amvabyr* habere. Si aliquam quis in *Wathrud* adducat, & ad domum alicuius optimatis cum illa vadit, fideiussorem a viro de toto iure abductæ, antequam infimul dormiant, optimas accipiat.

Precium virginitatis domino soluendum.

\* id est, premium virginitatis.

\* id est, raptus mulierum.

XXII.

Tres autem sunt homines quorum nullus potest per legem impignorare contra aliquod iudicium. Primus est rex vbi non poterit secundum legem in lite stare coram iudice suo agendo, vel respondendo per dignitatem naturalem, vel per dignitatem terræ, vt optimas vel alius. Secundus est ecclesiasticus sacris ordinibus obligatus. Tertius est ecclesiasticus religiosus obligatus. Nemo enim secundum legem potest dare pignus contra iudicium, nisi sub periculo precii suæ linguæ, sed nullum premium constitutum est in lege *Hovvel* super membrum & sanguinem, vel *saraed* ecclesiastici vt sunt prædicti, & ideo nullus eorum potest dare vadium de iure contra iudicium vel cum iudicio. Omnia autem nocumenta sacrilega quæ fiunt ecclesiasticis debent in Synodo secundum legem ecclesiasticam emendari.

Rex & ecclesiastici non sistentur in lege.

XXIII.

Tres sunt homines quorum nullus potest esse per le-

Ordinatus nõ siriudex.



gem iudex dignus, primus est mendosus, id est *anarus*, vel cæcus, vel surdus, vel leprofus, vel stultus, qui sit semel ligatus propter stultitiam suam, id est *gorffvylharic*, vel qui nesciat recte loqui, vel *cryc aneanarvl*. Secundus est ecclesiasticus sacris ordinibus vel religioni obligatus. Tertius est laicus sine potestate iudicandi per dignitatem terræ, vel seruitoriæ.

## XXIV.

Conquestores queruli.

Tres sunt rei conquestores, a rege propter querelas suas puniendi. Primus est qui det pignus contra iudicium quod per aliud, id est *gurthvystyl* & auctoritatem scriptam de legibus contra ipsum poterit confirmari, ille precio linguæ suæ debet puniri. Secundus qui det pignus contra iudicium quod super aliquem alium quam seipsum detur, ille suo \* *cambruro* debet puniri. Tertius est si quis careat dignitate impignorandi, videlicet sacerdos vel alius, licitum est ei contradicere iudicio per auctoritatem de legibus, & si sic contradicat, & auctoritas ei fallat, *cambruro* amittat. Nemo autem per iudicium litigiosum amittet plus quam *cambruro*, nisi vera sit impignoratio vadio contra vadium. \* multa

## XXV.

IX. hominum singulari credendum testimonio.

In lege Romana reperitur: Vbi numerus testium non definitur, ibi duo sufficiunt. Dicit quoque lex: Vnius testimonium non est admittendum. Hoc vero dicitur quod nouem homines sunt, quorum vnicique & soli inferendo testimonio credendum est; sed tamen iureiurando. Primus est dominus inter duos homines, ita tamen quod non sit particeps litis & rei ex lite consequendæ, & confiteantur contentionem suam prius coram domino suo fuisse, & non fuerit \* *undull*, at si alter eorum negauerit, cum iuramento negabit. In alio casu nouem dies dantur domino ad connumerandum qualiter iuramentum præstiterit, sacerdoti vero ad idem dantur induciæ vsque ad tempus quo possit Missam celebrare. Secundus est patronus sacerdos inter duos parochianos, inter duos monachos suos. Tertius est pater inter duos ipsius filios, ponendo manum super caput illius contra quod testificatur, sic dicendo: Per Dominum qui me creauit de patre, & te de me, verum inter vos dico. Quartus est iudex de iudicio suo, scilicet si quidam de iudicio quod inter eos iudex dederit dubitantes certa- \* vnifotmis,

certauerint. Quintus est fideiussor de fideiussione sua, si partim negat, & partim confitetur. Sextus est sacerdos de testimonio sibi attestato inter duos parochianos suos. Septimus est puella de virginitate sua, si vir cui data est dixerit eam inuenisse corruptam, vt ius suum ei tollat, ius ei tamen illa est, & ei tamen credendum est, antequam fuerit matura. Item de puella, si vi oppressa fuerit, & violator dixerit eam inuenisse defloratam, contra eum testimonio puellæ credendum est. Octauus est communis pastor villæ de animali ab alio inter animalia suæ custodiæ mortificato. Nonus est latro ad patibulum ductus, & de morte sua certus, illius verbis sine sacramento, id est *creir*, de focio vel de fociis credendum est, vel de re quam ipse furatus est. Iste scilicet focius eius propter dictum alterius non debet vita seu membris condemnari. De verbis tamen illius qui suspenditur, manifestatur eum esse latronem, cui credendum est, sicut lege ista cautum est. Est ergo iste condemnandus, non ad vitam seu membra perdenda, sed ad redemptionem sui faciendum. De illo latrone qui constituto iuramento in patria, latrocinio non poterit se purgare. Eritque *diruyus et n' lleidyr gwrverth*.

XXVI.

Fideiussor negans fideiussionem suam de septimo proximorum sibi redemptione negabit, vel solus iurans super septem altaria dedicata *of bri durv a dirvad*, si partim negat, & partim profitetur, solus semel iurabit, & sic *kynnogyn*, si fideiussionem negauerit, scilicet de septimo.

XXVII.

Si quis nomine emptionis rem aliquam ab aliquo acceperit, deinde ab hac vita ereptus res suas cum amicis reliquerit, cum ipse pro se de precio rei acceptæ reddendo fideiussor extiterit, id est *yn uach kynnogyn*, ab amicis præfatis, licet factum ignorantibus & obdormientibus, de rebus mortui precium rei suæ venditor consequatur. Iuret tamen de septimo proximorum sibi in redemptione super sepulcrum debitoris, si possit inuenire, sin autem super altare dedicatum quod illi rem suam vendidit, & quod ipse pro fideiussore fuit.

XXVIII.

Non debet fideiussor dari qui exule est, neque qui fortior

*Concil. Tom. 25.*

G

mina non  
sint fideiuf-  
sores.

est, neque monachus, nisi consentiente abbate, neque  
scolaris, nisi magistro consentiente, neque femina, nisi do-  
mina fuerit principalis debitoris, neque filius, nisi patre  
consentiente, dum pater debet esse pro filio: quamuis au-  
tem fideiubeant, alicuius eorum fideiussio non est compen-  
sanda.

## XXIX.

Sacerdos,  
primus regi  
necessarius.

Tria sunt sine quibus rex esse non potest, scilicet, sacer-  
dos ad Missam celebrandam, & ad escas regis & potus be-  
nedicendos, & iudex curiæ ad causas discernendas, & ad  
danda consilia, & familia quoque ad negotia regis parata.

## XXX.

Vulnus lin-  
guæ.

Tribus hominibus vulnus linguæ redditur: regi sem-  
per: iudici, quando quis conatur ire contra iudicium: sa-  
cerdoti quando fuerit in ecclesia, siue in tribus festis prin-  
cipalibus.

## XXXI.

Sacerdos.  
Curia non  
est vbi non  
est sacerdos.

Vbicumque sacerdos familiæ & \* *dissein* & iudex curiæ \* *id est*,  
insimul fuerint, ibi erit dignitas curiæ, id est \* *breint llys*, li-  
cet rex absens est. \* *præ-*  
\* *fectus cu-*  
\* *ria, vel*  
\* *æcono-*  
\* *mus*  
\* *id est,*  
\* *aula re-*  
\* *gia,*

## XXXII.

In Synodo  
solum iudi-  
candus.

Nullus autem rex habet potestatem constituendi pre-  
cium super aliquem ecclesiasticum sacris ordinibus obli-  
gatum, vel super membra, vel sanguinem, vel *saraed* eius,  
vel super aliquem de suis, quia quisque ecclesiasticus, vt  
prædictus, habet potestatem per legem ecclesiasticam pro-  
bandi in Synodo quodlibet nocuum vel damnum  
quod ei laicus faciat, aut rex, aut alius. Item nullatenus  
talis ecclesiasticus potest compelli ad respondendum ali-  
cui extra Synodum de delictis sibi oppositis.

## XXXIII.

Nisi pro  
terris factu-  
laribus.

Si autem talis ecclesiasticus teneat terram sub rege per  
debitum, de qua seruitium regi pertineat fieri, in curia re-  
gis debet respondere de terra cum pertinentiis, quia regis  
est tota terra regni sui, & nisi inde respondeat humiliter  
idem, regis erit terra illa totaliter. Quamuis autem talis ec-  
clesiasticus possit per dignitatem terræ in iudicio cum lai-  
cis esse vsque ad tempus narrandi illud, nullum iudicium  
debet referre inter litigantes, quia non est precium super  
linguam eius in lege constitutum: per quod quisque iudex

si iniuste iudicet, punietur, si confirmet iudicium iniustum per vadimonium.

XXXIV.

Cum de villarum siue agrorum terminis quæ curia contingat, contentionem curia terminabit: si ecclesia & non curia contingat, ecclesia terminabit. Postea *Bremt* demum *kygvarchadu*, id est *ar deffeith, ty ac o dyn ac ysgubarv*. Verum cum terminabit *maer* & *kygbellarv*, debent pro ea terminos assignare, pro ecclesia vero baculus, & euangelium. Sin autem terra litigiosa, inter litigantes in duo diuidatur.

Ecclesia ecclesiastica, seculum secularia iudicatur.

XXXV.

Si regia dante licentia in rusticana villa ecclesia construatur, & in ea Missæ celebrantur, & in atrio illius corpora sepelientur, extunc libera erit villa illa.

Ecclesia rusticana.

XXXVI.

Si quis nomine quo matrix fuerit ecclesiæ, iudicio terram ad illam pertinentem petierit, nonus dies mensium non est expectandus.

Dies nonus.

XXXVII.

Si regis villanus rege annuente optimatis filium nutriendum susceperit, defuncto villano cum filiis æquali portione alumnus ille succedet.

Nutritius optimatis.

XXXVIII.

Si in terra regis cum homine ipsius homines episcopi vel abbatis inter se conflictu fecerint, \* *dirvy* eorum regi.

Conflictus.

XXXIX.

Septem domus episcopales sunt in *Dyued*, *Menerua*, quæ est sedes principalis in Cambria, ecclesia *Ismael*, ecclesia *Degenian*, ecclesia *Yssyl*, ecclesia *Teylarv*, ecclesia *Teulidarv*, ecclesia *Keneu*. Abbates *Teylarv*, & *Teulydarv*, & *Ismael*, & *Degenian* tenentur clerici esse & ordinati. *Ebediv* cuiuslibet istorum domino *Dyued* erunt, scilicet duodecim libræ, vel qui illis successerint reddant. *Menerua* ab omni debito libera manet & soluta. Ecclesia *Keneu* & ecclesia *Vssyl* ab illo debito liberæ erunt, quia terris carent.

VII. sedes episcopales.

XL.

De furto redemptionis non fit contentio super aliquid, nisi prius fuerit *manac* cum iuramento in tribus locis,

Furtum redemptionis.

*Concil. Tom. 25.*

G ij

\* id est multa seu multatio.

52 STEPHANVS C. NARBONENSE. OTTO I. IMPERATOR.  
P. VIII. LVDOVICVS IV. R. FRANC.

in ostio cœmeterii, in ostio ecclesiæ, in ostio chori coram presbytero ipsius ecclesiæ, & hoc presbyter ille in placito domini testatus sit, cuius verbo credendum est tunc. De furto \* *Kysvyn* non sit contentio iuramenti, id est *reith*, super aliquid, nisi prius fuerit *manac* in curia.

\* id est, communicatio.

CONCILIVM NARBONENSE,

ANNO CHRISTI 940.

DE FINIBVS DIOECESEOS INTER VRGELLITANVM & Pallariensem controuersis celebratum, anno Domini DCCCCXL. sub Stephano VIII.

NOTA.

Acta Concilii quæ:

\* *Concilium.*] Hæc Synodus, teste Mariana de rebus Hispan. libro 8. celebrata est apud Narbonam, in opido cui nomen Fons cooperus, in qua controuersia agitata reperitur de finibus diœceseos inter episcopos Vrgellitanū & Pallariensem, decretumque vt Pallaria vrbs sua sacra repeteret ab Vrgellitano episcopo. Hæc Mariana anno 940.

CONCILIVM SVESSIONENSE,

ANNO CHRISTI 941.

CVIVS DECRETO HVGO HERIBERTI COMITIS filius, deiecto Artaldo, Rhemorum archiepiscopus consecratus est anno DCCCCXLI.

**D**E episcopatu Rhemensi post obitum Seulfi archiepiscopi diuturna & anceps fuit altercatio. Nam cum Heribertus comes Seulfo mortuo anno DCCCCXXV. Hugonem filium suum adhuc quinquennem eligendum curasset, ecclesiamque illam interea pro arbitrio administraret, sexto post anno Rodulfus rex, capta vrbe Rhemorum, Artaldum e sancti Remigii cœnobio monachum in ea sede ordinari iussit anno DCCCCXXXI. Artaldum Heribertus post annos octo & menses septem, Rhemorum vrbe iterum in potestatem suã redacta, episcopatu cedere & abdicare se coegit anno DCCCCXL. Tum anno insequente Synodum apud Sueffiones conuocauit, cuius decreto Hugo filius, iam ceteris ordinibus initiatus, Rhemorum archiepiscopus consecratus est. Flodoardus in chronico: Anno, inquit, DCCCCXLI. Hugo & Heribertus comites episcopos conuocant Rhemenfis diœceseos. Qui conuenientes apud Sueffionem in ecclesia sanctorum Crispini & Crispiniani,